

Sacraria, & spretis Antiquitatis venerationibus altius se immerſit abditis. Exiit haectenus intellectum noſtrum præteritarum Ætatum inſcitiae caligine Anatome, utpote quæ detexit Humani corporis mirandam fabricam, revelavit imis abſcondita viſceribus ſecreta. Cui junctâ Chæmia in denſis ignorantiae Medicæ tenebris lucidiſſimam accendit facem, ut feliciffimis auſpiciis oculatis eruantur manibus, quæ à Naturâ eâ lege, ne inveſtigarentur, occulta, Ætas priſtina adulto ac ſolenni errore crediderat. Videlicet ut verbis utar Inſignis philoſophi *Hamelii*, prælucent Senſus & Experimenta Rationi, ne, quod olim conſueverat fieri, mens viſvè imaginatrix res fingat potius, quam contempletur, ut ſunt fabricatæ à Natura. His innixa fulcris in immenſum crevit Medicina, ut adulta jure ſuo audiat. Nolo hîc in venerandæ Antiquitatis odium ſingula per partes repetere, vel ſexaginta obſervationibus rædioſo ſermone immorari, introducturus Censentem Illuſtris Nominis *Bartolinum*, qui vix ait, *umbram ſervamus ex Antiquis, quos non tam ſequimur, quod Naturæ inſtituta, aut Æterna adinvenerint placita, quàm quia etate præceſſerunt. Multum egerunt illi; ſed tantum abeſt, ut peregerint, ut ignorarint potius inſinita, cùm maxima pars illorum, quæ ſciverunt, minima illorum pars ſit, quæ ſequentium temporum docuit induſtria.* Haectenus inſignis judiciï vir. Non agrè ferant Antiquitatis Studioſi, quòd placita Ejusdem hîc deſeram, & Naturæ pariter ac Artis fultus experimentis ſpretas olim *Glandulas* nunc benigniffimi univerſi corporis nutrimenti officinas appellè: *Emulgeant* iſti ex ſpongioſis glandulis humiditates ſuperfluas, aut vaſa fulciant, ne rumpantur; nos limpidiſſimæ Lymphæ fontes ſcrutabimur. Cujus motum circularem & ſcendentes inde

Ca